Lac lunæ vocatum ex apum cauernis derasum.
Lini semina decoct. vel melle excepta.
Lumbricorum decoct. in iure carnis.
Maluæ decoct.
Pólygala.
Prisana cum fœn. cocta.
Sesamum.
Tragopogi cœrulei rad. decoct. in iure condita gyngibere, comesa.
Vinca peruinca.

Depurantia sanguinem.

IMpurus sanguis emendatur primò purgatione, deinde alteratione, & adæquatione qualitatis peccantis, ob quam caussam, quædam valdè calida in habitu scilicet pituitoso, quædam æquè frigida, in habitu biliosо, ad lactis generationem commendantur.

Depura ntia calidiora.

Anethi vir. dec.
Anisi sem.
Agni casti sem.
Erucæ sativæ dec.
Fœnic.
Nigellæ sem.
Ozymum.
Polium virens.

Porrum tritum, atque dilut.
Sion virens.
Smyrnium virens.

Frigida.

Aqua hordei.
Corallij pulu.
Lactucæ decoct.
Sonchi succus.

DEnique trahitur sanguis ad mammas suctione ex papilla, aut cucurbita admota, leui frictione, & contrectatione mammarum, appositione rarefacientium, & tandem (alijs nil proficientibus) dropacibus, & sinapismis relictis ad partis vsque ruborem, & leuem intumescentiam.

Lac genitum extinguentia, siue

Ταλακαλύπτοντα.

LAc genitum extinguentia, vel omnino a mammis arcentia, ita sunt diuisa, vt aliqua sanguinis prohibeant generationem, cibi videlicet pauci, exigui, prauique succi. Alia genitum absumant, pariterque lac, scilicet inedia, vigilia exercitatio. Phlebotomia, medicamenta calida, validèque siccantia. Alia denique impelluut sanguinem

alio,